



humanitatem et mansuetudinem nunquam
 deamus, neque hunc a poplexia abreptum
 immortum vitorum, quos scriptores pro-
 os eminent rex Ponti, Mithridates, Nica-
 tricus, rex Vandalorum, Theodoricus, Nica-
 forthorum, Q. Fabius Maximus, dictator
 hats, Tullius Hostilius, rex Romanorum,
 s, Imperatores Romani, Alphonfus, rex
 norum, multique alii, qui suo exemplo
 vere angustiam, iusque personis digni-
 ora mortes.

num videtur, quod plurimi eorum, qui
 nitissimus, modum angustia morte exspirant.
 is Imperatorem Romanorum, C. OCTA-
 nium solum AVGVSTVS cognominaretur,
 e Suetonio, p) quoties audiebat, quem-
 t suis similem *euadentem* precabatur.
 iae nunquam satis praedicandus, quem
 rem, dissidiolorum conciliatorem, et totius
 regni

c. VII. *Quat*
 s. c. 52. f) *Virg. Aen. VII. 153.*
 i) *Ep. LXX.*
 m) *Sueton. in vit. Jul. c. 87.*
 o) *Manil. Aulon. L. IV, 69.*
 XXXVII

AVGVS
 Romani
 fert, qu
 ita a o
 augustu
 augustu
 augustiam adpellere
 te ac placide vita
 fanos inter benefici
 mus SENECA M
 nrior cito in portu
 etiam ille est fortun
 fuit OVIDII, caner

itemque CORN. C
 finito comparantis

Hoc consilio Philii
 omnibus votis exp
 legisset, Cyrum usq
 lentum mortis ger
 euentus huic voto
 coenans apud M.
 dicebat: repentinu
 eibus continuis Nu
 borum cruciatu, sec
 fortiretur, n) Qu
 festin

Sit velox
 Si f

Et si quidem reru
 cuos et vere angust
 sacra duo tantum in
 nonni Iudaei dice
 omnem leueritari

H. J. R. v. Ponicra

DE
AVGVSTIS
AVGVSTORVM
MORTIBVS
PRAEFATVS

AVGVSTIS MANIBVS
FRIDERICI AVGVSTI
*REGIS SARMATARVM ELECTORIS
SAXONVM*

RELIQVA
DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI
EX ANGVSTA HAC VITA
AD AVGVSTAS CAELITVM SEDES
MORTE AVGVSTA

HOC EST
SVBITA ET PLACIDA

TRANSLATI

SVPREMVM PIETATIS ATQVE OBSEQVII OFFICIVM
IN GYMNASIO FREIBERGENSI PRAESTANDVM

INDICIT

M. IO. GOTTLIEB BIDERMANN
RECTOR.

FREIBERGAE,
Litteris SAM. FRIDER. BARTHELII.

CVIII.

TI nomen originem ab augurio traxisse, non minus rationes sermonis
ti, quam ipsius significatio probant. Vti enim ea notio id omne prae se
quod singulare, eximium, magnificum, venerabile est atque admirandum;
scriptoribus Nūmina augusta, a) viri augusti, b) loca augusta, c) sedes
ae, d) arae augustae, e) moenia augusta, f) pax augusta, g) conspectus
us h) etc. commemorantur. Et quid obstabit, quo minus eam mortem
us, quae neque vulgaris est, neque lenta, neque violenta? sed quae repen-
excedere hominem iubet. Hoc enim mortis genus homines etiam pro-
a diuina eaque praecipua retulisse, testimonio non uno constat. Audia-
l, ita super hoc argumento disputantem: i) *uti felicior est, quem ventus
um perfert, quam cuius nauem venti segnes lento taedio delassant: ita
natissimus, quem mors festinata his vitae malis eximit.* Eadem mens
ntis: k)

ille perit, subita qui mergitur unda,

in sua qui tumidis brachia lassat aquis,

GALLI, celere[m] ex hac vita discessum cum itinere velociter ac feliciter
: l)

quod est vitabile nulli,

in gressu vincere praestat iter.

ppus, rex Macedonum, mortem subitam et sine doloris sensu obuiam
etendam, adfirmabat. Iulius Caesar autem quum apud Xenophontem
inimā valetudine tentatum, quaedam de funere sibi parando mandasse, tam
tus adspertus, subitum ac celere[m] vitae exitum praeprobat. Et, quod
responderit, nemo ignorat. Pridie autem, quam occideretur, quum
Lepidum interrogaretur: quem vitae finem commodissimum putaret?
n atque inopinatum. m) Idem Iuliano Imperatori in optatis erat, pre-
men immortale imploranti, ne vel clandestinis insidiis, vel longo mor-
l in medio gloriae cursu, clarum, subitum scilicet et placidum vitae exitum
ae quum ita sint, certa fiat sententia:
modo sit felix mea clausula vitae!
felix, velox non satis esse potest.

n gestarum annales euoluimus, plerosque viros, summa dignitate conspi-
os augusta etiam morte interceptos esse, videmus. Nam, ut ex historia
i exemplum adducamus, quis nescit, Mosen atque Aeronem, summos
tara subita quam placida morte vitam finisse? etiam si neque illum

monis
rae fe
ndum);
sedes
pectus
ortem
repen-
m pro-
Audia-
ventus
t: ita
mens

feliciter

obuiam
hontem
ffe, tam
t, quod
, quum
putaret?
rat, pre-
go mor-
exitum

conspi-
historia
summos
ne illum

regni oculum merito adpellat. Qui quum

busta, p. 704, c) in Vespas. c. X.

II. 27.

oria teMports Ingens.

nscultate. P. P. *Evilb.* d. XXII. Nov.
n *AVGVSTI* nostri memoriam carmine
AVGVSTI venerandi, et cras, hora post
ansi perloquendum. Adesse igitur, qui
ma memoriae Regis Potentissimi atque
ia aedibus sacris praesertent, pietas atque

in lacram et inimitabilem serpens, inter
illi cum uniuersi generis humani vel certe
amadamodum homines religiosi angusta-
ni viuens AVGVSTVS nobis fuit, etiam
n AVGVSTO clementissimo amiserint,
re, et adpectu suo quementis terere: ita
lauire, cines opibus emungere, his aut
moderato, misericordii et clementi parere,
cebat, ut hunc inuenies et adentes intel-
mumantatem et mansuetudinem nunquam

publicam Augusti
filium non haber
bus seruiebant, o
Auus adpellari n
quas omnibus vir
ornatos videbat, e
eo impensius am
patriae promittel
striora sapientiae
tempore alienum
logus magni non
stiano nouum nr

CHR

Fi

Ceterum Deum
Parentis uniuersa

Sicuti aut
et conseruatur: i
clauum sedent,
quum aduenit,
neant, quae muta
coluerit et exerc
mina rerum imp
primis in animo s
dentia omnia fat
tis exceperit?

Prudentia
copulari, experier
omnes uno ore c
grauiter pressos l
uenientes acerbis
iam aequi iustiqu
compenfabat, et

Et quis c
omnem seueritate

AVGVSTI nomen originem ab augurio traxisse, non minus rationes sermonis Romani, quam ipsius significato probant. Vti enim ea notio id omne prae se fert, quod singulare, eximium, magnificentum, venerabile est atque admirandum: ita à scriptoribus Numina augusta, a) viri augusti, b) loca augusta, c) sedes augustae, d) arae augustae, e) moenia augusta, f) pax augusta, g) conspectus augustus h) etc. commemorantur. Et quid obstabit, quo minus eam mortem augustam adpellemus, quae neque vulgaris est, neque lenta, neque violenta? sed quae repente ac placide vita excedere hominem iubet. Hoc enim inortis genus homines etiam profanos inter beneficia diuina eaque praecipua retulisse, testimonio non uno constat. Audiamus SENECAM, ita super hoc argumento disputantem: i) *uti felicior est, quem ventus uerior cito in portum perfert, quam cuius nauem venti segnes lento taedio delassant: ita etiam ille est fortunatissimus, quem mors festinata his vitae malis eximit.* Eadem mens fuit OVIDII, canentis: k)

Mitius ille perit, subita qui mergitur unda,

Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis,

itemque CORN. GALLI, celerem ex hac vita discessum cum itinere velociter ac feliciter finito comparantis: l)

quod est vitabile nulli,

festino gressu vincere praestat iter.

Hoc consilio Philippus, rex Macedonum, mortem subitam et sine doloris sensu obuiam omnibus votis expetendam, adfirmabat. Iulius Caesar autem quum apud Xenophontem legisset, Cyrum ultimam valetudine tentatum, quaedam de sanere sibi parando mandasse, tam lentam mortis genus adspernatus, subitum ac celerem vitae exitum praecoptabat. Et, quod etentus huic votò responderit, nemo ignorat. Pridie autem, quam occideretur, quum coenans apud M. Lepidum interrogaretur: quem vitae finem commodissimum putaret? dicebat: repentinum atque inopinatum. m) Idem Iuliano Imperatori in optatis erat, precibus continuis Numen immortale imploranti, ne vel clandestinis insidiis, vel longo morborum cruciatu, sed in medio gloriae cursu, clarum, subitum scilicet et placidum vitae exitum fortiretur. n) Quae quum ita sint, certa fiat sententia:

Sit velox, modo sit felix mea clausula vitae!

Si felix, velox non satis esse potest.

Et si quidem rerum gestarum annales euoluimus, plerosque viros, summa dignitate conspicuos et vere augustos augusta etiam morte interceptos esse, videmus. Nam, ut ex historia sacra duo tantum in exemplum adducamus, quis nescit, Mosen atque Aaronem, summos populi Iudaici duces, tam subita quam placida morte vitam finisse? etiam si neque illum oseulo diuino tactum animam efflasse, adfirmare audeamus, neque hunc apoplexia abreptum fuisse, statuamus. Longe vero maior est numerus summorum virorum, quos scriptores profani recentent hoc fato extremo defunctos. Inter quos eminent rex Ponti, Mithridates, Nicenor, dux fortissimus in exercitu Alexandri M., Genfericus, rex Vandalorum, Theodoricus, rex Italarum atque Ostrogothorum, Alaricus, rex Visigothorum, Q. Fabius Maximus, dictator Romanorum, L. Manlius Torquatus, eiusdem dignitatis, Tullus Hostilius, rex Romanorum, C. Octavius, Augusti pater, L. Verus et Valentinianus, Imperatores Romani, Alphonfus, rex Hispaniae, Paullus II. Pontifex R., Attila, dux Hunnorum, multique alii, qui suo exemplo testatum fecerunt, mortem repentinam et placidam vere augustam, suisque personis dignissimam fuisse, vel, quod poeta censet, o)

quod subitae veniant validorum in corpora mortes.

Inprimis vero hoc commemoratione et notatu dignum videtur, quod plurimi eorum, qui AVGVSTORVM nomine reipublicae praefuerunt, huiusmodi augusta morte exspirarunt.

Quorum ex numero primo loco nominamus Imperatorem Romanorum, C. OCTAVIANVM, qui rebus praecclare gestis meruit, ut non solum AVGVSTVS cognominaretur, sed etiam *Pater Patriae* salutareretur. Hic vero, teste Suetonio, p) quoties audiebat, quempiam cito ac nullo cruciatu esse defunctum, et sibi et suis similem *ed Davocicey* precabatur.

Hunc sequatur AVGVSTVS, Elector Saxoniae nunquam satis praedicandus, quem Thuanus q) arbitrum imperii, Germaniae moderatorem, dissidiorum conciliatorem, et totius regni

a) Ouid. Trist. III. El. VIII. 13.

d) Virg. Georg. IV. 228.

g) Ouid. ex Pont. L. II. Ep. V. 18.

k) Ouid. ex Pont. L. III. Ep. 7.

n) Ammian. Marcell. L. XXV. p. 312.

p) in vita Aug. c. 99.

b) Popisc. Tac. c. VII.

e) Plin. Paneg. c. 52.

h) Plin. Ep. II. II.

l) El. VI. 715.

q) Histor. L. LXXXVII.

c) Ouid. Trist. El. I. 71.

f) Virg. Aen. VII. 153.

i) Ep. LXX.

m) Sueton. in vit. Iul. c. 87.

o) Manli. Altron. L. IV. 69.

regni oculum merito appellat. Qui quum integra valetudine ante meridiem sacris publicis interfuisset, et orationem pro rostris publice habitam attente auscultasset, in qua verba Petri r) explicabantur: *hunc Iesum omnes vates testantur eum esse, per cuius nomen illi omnes peccatorum veniam consequuntur, quicumque in ipsum credunt*: non modo prandens pie ac religiose eam repetiit, sed etiam apoplexia correptus placide animam efflauit. s)

Patrem vitae exitum AVGVSTVS, Electoris Saxoniae Christiani I. filius tertius habebat, anno saeculi decimi septimi decimo quinto, aetatis vero vicelimo septimo praecipiti morte e viuis sublatus. t)

Huic iungimus AVGVSTVM, comitem Palatinum Rhenanum, et Solisbacensis lineae conditorem. Qui quum Lutheranis impense faueret, acerbissima fata subibat. A rege Sueciae vero, qui eo tempore in Germania versabatur, non solum mirifice diligebatur, sed etiam ab eo ad Electorem Saxoniae alegebatur, ut de arduis negotiis cum eo ageret. Quo facto, reditum parans, morti repentinae anno MDCXXXII, succumbebat. u)

Auget hunc numerum AVGVSTVS, dux Brunsvico-Luneburgensis, patre Wilhelmo et matre Dorothea, regis Danorum, Christiani III. filia procreatus, tam ea expeditione clarus, qua copiis praefuit a ciuitatibus hanseaticis subsidio missis, ut Brunsvigam ab Henrico Iulio obsessam liberaret, quam eo negotio, quo ad pacis Pragensis condiciones inter Imperatorem Ferdinandum II. et Saxoniae Electorem, Io. Georgium I. initas, simul cum ceteris Saxoniae inferioris principibus accedebat. Praeter ea autem, quae vitam illius illustrarunt, etiam mors eiusdem fuit augusta. Quum enim mensae adsideret, et aquam ad manus lauandas posceret, septuagenario maior anno MDCXXXVI. apoplexia occubuit. w)

Huic addi omnino meretur AVGVSTVS, qui et cognatione et dignitate coniunctus cum eo fuit, Nestor omnium principum Germaniae, Dux Brunsvicensis et Luneburgensis, cum aliarum virtutum exemplar illustrissimum, tum litterarum imprimis adeo studiosus, ut non solum Rostochii et Tubingae Rectoris academici prouinciam susciperet, sed etiam tres orationes pro fuggestu publice haberet, imo Argentorati in consessu eruditorum sine praeside disputaret, et Guelpherbyti eam supellectilem librariam instrueret, cuius fama longe lateque patet. Hic spatium octoginta et octo annorum vegeto et firmo corporis robore emensus, tam subito quam placide vitam cum morte commutabat anno MDCLXVI. x)

Porro in hanc classem referri debet AVGVSTVS Fridericus, patre Christiano iuniore, duce Saxo-Martisburgensi natus, anno autem MDCLXXXV. praecipiti morte, quam cataribus suffocatius adferebat, mortalitati ereptus. y)

Neque praetermittendus ille AVGVSTVS videtur, qui patrem habebat cognominem, duce Saxo-Zorbigensem: quippe qui, breui unius mensis curriculo confecto, anno MDCXCVI. cita et placida morte corporis exuuias deponebat. z)

Quis vero ex hisce breuiter delibatis non intelligit, virorum summo in fastigio positorum non solum vitam, sed mortem etiam aliis illustriorem esse et vere augustam? Talem vero mortem Nostri AVGVSTI, Patris Patriae indulgentissimi, fuisse, neminem, opinor, fugit, qui vel vidit, vel audiit, vel legit, quam insperato omnique opinione celerius ille regiam domum, fasces imperii et prouincias obsequio addictas reliquerit, superatis huius vitae aerumnis ad eam augustam felicitatem euectus, quae neque minuitur copia possessorum, neque deterior fit aucto numero coheredum, sed quae eadem est multis, quae paucis, imo quae tanta est singulis, quanta uniuersis. Haec vero iactura animos omnium bonorum tanto magis conturbat et discruciat, quanto maiori cum gaudio felicem desideratissimi Regis ex Polonia reditum, post exantlata acerbissima Saxoniae fata, exceperant, et quanto alacriori laetitia Electorem Clementissimum ex thermis Toeplicensibus nuper saluum atque incolumem receperant. Atenim vero, quod poeta dudum praedixit, canens: a)

gaudia principum nostri sunt saepe doloris:

id nos proh! experti scimus, atque intelligendo sentimus. Nam cum AVGVSTO ereptum Dominum felicissimum, prudentissimum, iustissimum et clementissimum respública luget.

Et felicissimum quidem quis illum praedicare dubitet? siue immortalis famae Parentem atque Auum, siue Coniugem desideratissimam, siue decora numerosae sobolis in memoriam reuocemus. Nam, si olim Augustus Romanus tanta felicitate eminuit, ut succedentibus in imperio ciues adclamare solerent: Sis felicior Augusto! Noster certe AVGVSTVS illam felicitatem non solum exaequauit, sed longe etiam superauit. Quis enim noscit, publicam

r) Aët. X. 43.

s) Mülleri Annal. Sax. p. 192.

t) Müller. I. c. p. 308

u) Freberi Theatr. p. 757.

w) Imhof. Not. Proc. Imp. IV. 4. nu. 28.

x) Mart. Gosky in vita et fama Diui Augusti. 1669.

y) Müller. I. c. p. 554

z) Müller. I. c. p. 644.

a) Quid. Metamorph. VII. 797.

publicam Augusti Romani fortunam probris domesticis haud parum fuisse obritam, quum filium non haberet, nepotes autem ex filia partim amitteret, partim prauitate morum, quibus seruebant, offensus, repudiaret. Contra vero AVGVSTVS noster tam felix Pater quam Avus adpellari merebatur, qui duas filias Regibus Potentissimis matrimonio iunctas, et reliquas omnibus virtutum decoribus efflorescentes, filios autem principes illustribus dignitatibus ornatos videbat, et in his successorem exoptatissimum, FRIDRICVM CHRISTIANVM, eo impensius amplectebatur, quo plura ornamenta atque emolumenta ex huius imperio patriae promittebat; et pro cuius vita et salute nos tanto plura vota suscipimus, quo illustriora sapientiae et gratiae documenta hoc auspice ominamur. Neque vero à loco neque a tempore alienum videtur, ex carmine funebri ea verba nostros in usum conuertere, quibus Theologus magni nominis, Nic. Selneckerus, mortem Electoris Augusti lugens, de successore Christiano nouum uniuersae Saxoniae solatium praelegiebat: b)

CHRISTE, tuo successorem de nomine dictum

Firma, propitia duceque foueque manu!

Ceterum Deum immortalem precamur, ut moerorem acerbissimum, quem mors Optimi Parentis uniuersae regiae familiae infixit, diuinis ac saluberrimis fomentis lenire velit.

Sicuti autem vera felicitas prudentia non solum comparatur, verum etiam prouehitur et conseruatur: ita pretium ac decus huius virtutis in iis praecipue effulget, qui ad reipublicae clauum sedent, si id omne praemeditantur, quod accidere possit, ut modice ferant, quam aduenit, ut prouideant, ne tranquillitas publica laedatur, et ut fortiter sustineant, quae mutari non possunt. Qua vero cura noster AVGVSTVS hanc virtutem et coluerit et exercuerit, quis ignorat? Quem fugit, quam varios in casus et in quanta discrimina rerum implicatus à patria dilectissima multa cum aegritonia abfuerit, et quantam in primis in animo sollicitudinem Saxoniae vastitas excitauerit? Quem vero etiam latet, quanta prudentia omnia fata aduersa temperauerit? et quanta animi constantia tela fortunae nouerantibus exceperit?

Prudentiam cum iustitia arctissimo contubernio contineri, et veluti fororio vinculo copulari, experientia testatur. Quam tenax vero AVGVSTVS noster huius virtutis fuerit, omnes uno ore consentunt, qui eius imperio subiecti fuerunt. Iam enim iniuria adfectos et grauiter pressos leuabat atque erigebat; iam homines socium vel vi vel fraudibus circumuenientes acerbis poenis castigabat, iam recte facientes ad honorum ornamenta prouehabat, iam aequi iustique seruantes beneficiis adiciebat, iam diligentiam et labores meritis praemiis compensabat, et in omni vita id sedulo agebat et prouidebat, ut suum cuique tribueretur.

Et quis clementiam nostri AVGVSTI dignis et meritis laudibus extollet? cuius melle omnem severitatem, quae reges ac principes decet, misericorditer temperabat. Animo enim perpendens, se hominem hominibus praepositum esse, humanitatem et mansuetudinem nunquam deponebat, atque imperium tam miti ratione exercebat, ut hunc intuentes et adeuntes intelligerent, quantum sit beneficium, principi pacifico, moderato, misericordis et clementis parere. Sicuti enim crudelis domini summa voluptas est, saeuire, ciues opibus emungere, ius auro venale exponere, plurimum sanguinis profundere, et adspectu suo quemnis terrere: ita Saxoniae incolae sentiunt atque intelligunt, quid in AVGVSTO clementissimo amiserint, qui, uti de Vespasiano Suetonius loquitur, c) morte praeventus est maiori aliorum damno quam suo.

Huius igitur PATRIS PATRIAE memoriam sacram et inniolabilem seruemus, inter perpetuas luctus et consolationis luctus nunquam nisi cum uniuersi generis humani vel certe cum omnis virtutis occasu extinguendam. Et quemadmodum homines religiosi augustarum aedium ruinas etiam venerantur: sic ille, qui viueas AVGVSTVS nobis fuit, etiam mortuus augusta religione coletur, atque

extinctus amabitur idem.

Et quum hunc cultum hodie ciues nostri publice in aedibus sacris praesliterint, pietas atque obsequium nos quoque incitauit, ad simile officium memoriae Regis Potentissimi atque Electoris Serenissimi, cras in Gymnasio Freibergensi persoluendum. Adesse igitur, qui augustum nomen atque augustas virtutes OPTIMI AVGVSTI veneramini, et cras, hora post meridiem tertia in auditorio superiori me augustam AVGVSTI nostri memoriam carmine heroico pro viribus complexurum, beneuole auscultate. P. P. Freib. d. XXII, Nov,

anni, quo

oCCIDit he! nostris qVI gLorIa teMporIs Ingens,

Lerich. Eclog. Eleg. II. 27.

b) C. A. Hausenii Gloriosa Electorum Ducum Saxon. busta, p. 704.

c) in Vespas. c. X.

publicam Augusti Romani fortunam probris domesticis haud parum fuisse obritam, quum filium non haberet, nepotes autem ex filia partim amitteret, partim prauitate morum, quibus seruiebant, offensus, repudiaret. Contra vero AVGVSTVS noster tam felix Pater quam Avus appellari merebatur, qui duas filias Regibus Potentissimis matrimonio iunctas, et reliquas omnibus virtutum decoribus efflorescentes, filios autem principes illustribus dignitatibus ornatos videbat, et in his successorem exoptatissimum, FRIDRICVM CHRISTIANVM, eo impensius amplectebatur, quo plura ornamenta atque emolumenta ex huius imperio patriae promittebat; et pro cuius vita et salute nos tanto plura vota suscipimus, quo illustriora sapientiae et gratiae documenta hoc auspice ominamur. Neque vero à loco neque a tempore alienum videtur, ex carmine funebri ea verba nostros in usus conuertere, quibus Theologus magni nominis, Nic. Selneckerus, mortem Electoris Augusti lugens, de successore Christiano nouum vniuersae Saxoniae solatium praelegiebat: b)

CHRISTE, tuo successorem de nomine dictum

Firma, propitia duceque foueque manu!

Ceterum Deum immortalem precamur, ut moerorem acerbissimum, quem mors Optimi Parentis vniuersae regiae familiae infixit, diuinis ac saluberrimis fomentis lenire velit.

Sicuti autem vera felicitas *prudencia* non solum comparatur, verum etiam prouehitur et conseruatur: ita pretium ac decus huius virtutis in iis praecipue effulget, qui ad reipi clauum sedent, si id omne praemeditantur, quod accidere possit, ut modice ferant, quam aduenit, ut prouideant, ne tranquillitas publica laedatur, et ut fortiter sustineant, quae mutari non possunt. Qua vero cura noster AVGVSTVS hanc virtutem et coluerit et exercuerit, quis ignorat? Quem fugit, quam varios in casus et in quanta discrimina rerum implicatus à patria dilectissima multa cum aegritonia abfuerit, et quantam in primis in animo sollicitudinem Saxoniae vastitas excitauerit? Quem vero etiam latet, quanta prudentia omnia fata aduersa temperauerit? et quanta animi constantia tela fortunae nouerantibus exceperit?

Prudentiam cum *iustitia* arctissimo contubernio contineri, et veluti fororio vinculo copulari, experientia testatur. Quam tenax vero AVGVSTVS noster huius virtutis fuerit, omnes uno ore consentunt, qui eius imperio subiecti fuerunt. Iam enim iniuria adfectos et grauiter pressos leuabat atque erigebat; iam homines socium vel vi vel fraudibus circumuenientes acerbis poenis castigabat, iam recte facientes ad honorum ornamenta prouehabat, iam aequi iustique seruantes beneficiis adiciebat, iam diligentiam et labores meritis praemiis compensabat, et in omni vita id sedulo agebat et prouidebat, ut suum cuique tribueretur.

Et quis *clementiam* nostri AVGVSTI dignis et meritis laudibus extollet? cuius melle omnem ferueritatem, quae reges ac principes decet, mirifice temperabat. Animo enim perpendens, se hominem hominibus praepositum esse, humanitatem et mansuetudinem nunquam deponebat, atque imperium tam miti ratione exercebat, ut hunc intuentes et adeuntes intelligerent, quantum sit beneficium, principi pacifico, moderato, misericordi et clementi parere. Sicuti enim crudelis domini summa voluptas est, saeuire, ciues opibus emungere, ius auro venale exponere, plurimum sanguinis profundere, et adspectu suo quemuis terrere: ita Saxoniae incolae sentiunt atque intelligunt, quid in AVGVSTO clementissimo amiserint, qui, uti de Vespasiano Suetonius loquitur, c) *morte praeventus est maiori aliorum damna quam suo.*

Huius igitur PATRIS PATRIAE memoriam sacram et inuiolabilem seruemus, inter perpetuas luctus et consolationis luctas nunquam nisi cum vniuersi generis humani vel certe cum omnis virtutis occasu exstinguendam. Et quemadmodum homines religiosi augustarum aedium ruinas etiam venerantur: sic ille, qui viueas AVGVSTVS nobis fuit, etiam mortuus augusta religione colitur, atque

extinctus amabitur idem.

Et quum hunc cultum hodie ciues nostri publice in aedibus sacris praestiterint, pietas atque obsequium nos quoque incitauit, ad simile officium memoriae Regis Potentissimi atque Electoris Serenissimi, cras in Gymnasio Freibergensi persoluendum. Adeste igitur, qui augustum nomen atque augustas virtutes OPTIMI AVGVSTI veneramini, et cras, hora post meridiem tertia in auditorio superiori me *augustam AVGVSTI nostri memoriam* carmine heroico pro viribus complexurum, beneuole auscultate. P. P. Freib. d. XXII, Nov.

anni, quo

oCCIDit hel! nostrI qVI gLoria teMporIs Ingens,

Lorich. Eclog. Eleg. II. 27.

b) C. A. Haufenii Gloriosa Electorum Ducum Saxon, busta, p. 704.

c) in Vespas. c. X.

7
ni Romani fortunam probis domesticis haud parum fuisse obtritam, quem
uet, nepotes autem ex filia partim amitteret, partim prauitate morum, qui-
sensus, repudiaret. Contra vero AVGVSTVS noster tam felix Pater quam
aerebatur, qui duas filias Regibus Potentissimis matrimonio iunctas, et reli-
atum decoribus efflorescentes, filios autem principes illustribus dignitatibus
ut in his successorem exoptatissimum, FRIDRICVM CHRISTIANVM,
eplectebatur, quo plura ornamenta atque emolumenta ex huius imperio
abat; et pro cuius vita et salute nos tanto plura vota suscipimus, quo illu-
l, et gratiae documenta hoc auspice ominamur. Neque vero à loco neque a
videtur, ex carmine funebri ea verba nostros in usus conuertere, quibus Theo-
nis, Nic. Selneckerus, mortem Electoris Augusti lugens, de successore Chri-
niuerſae Saxoniae solatium praefagebat: b)
*MASTE, tuo successorem de nomine dictum
ymna, propitia ducque foueque manu!*

Immortalem precamur, ut moerorem acerbissimum, quem mors Optima
e regiae familiae inflixit, diuinis ac saluberrimis fomentis lenire velit.
em vera felicitas prudentia non solum comparatur, verum etiam prouehitur
ota pretium ac decus huius virtutis in iis praecipue effulget, qui ad reipa
p si id omne praemeditantur, quod accidere possit, ut modice ferant,
et ut prouideant, ne tranquillitas publica laedatur, et ut fortiter suffri
niri non possunt. Qua vero cura noster AVGVSTVS hanc virtutem et
tuserit, quis ignorat? Quem fugit, quam varios in casus et in quanta discri-
licatus à patria dilectissima multa cum aegrimonia abfuerit, et quantam in-
Lolitudinem Saxoniae vastitas excitauerit? Quem vero etiam latet, quanta pru-
na aduersa temperauerit? et quanta animi constantia tela fortunae nouerant
m.
lim cum *institia* artissimo contubernio contineri, et veluti sororio vinculo
aetia testatur. Quam tenax vero AVGVSTVS noster huius virtutis fuerit
; onsentitur, qui eius imperio subiecti fuerunt. Iam enim iniuria adfectos et
liuabat atque erigebat; iam homines socium vel vi vel fraudibus circum-
n poenis castigabat, iam recte facientes ad honorum ornamenta prouehabat,
os seruantes beneficiis adiciebat, iam diligentiam et labores meritis praemiis
in omni vita id sedulo agebat et prouidebat, ut luam cuique tribueretur.
ementiam nostri AVGVSTI dignis et meritis laudibus extollet? cuius melle
em, quae reges ac principes decet, mirifice temperabat. Animo enim per-

Yb 627

ULB Halle
001 508 164

3




(811148)

TA → OL







DE
AVGVSTIS
AVGVSTORVM
MORTIBVS
PRAEFATVS

AVGVSTIS MANIBVS
FRIDERICI AVGVSTI
REGIS SARMATARVM ELECTORIS
SAXONVM

RELIQVA
DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI
EX ANGVSTA HAC VITA
AD AVGVSTAS CAELITVM SEDES
MORTE AVGVSTA

HOC EST
SVBITA ET PLACIDA
TRANSLATI
SVPREMVM PIETATIS ATQVE OBSEQVI OFFICIVM
IN GYMNASIO FREIBERGENSI PRAESTANDVM
INDICIT
M. IO. GOTTLIEB BIDERMANN
RECTOR.

FREIBERGAE,
Litteris SAM. FRIDER. BARTHELII

CVIII.

